



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cibus Animæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXXI.

AMOR DEI,

Cibus Anima.

Amor DEI, cibus anima dulcissimus, & *habens in se suavitatem.* ait S. Bern. *Gibulcissimus, quia Dei dulcissimi, qui est ipsa luxuriam essentiam suam.*

Sed hæc dulcedo in Deo suos gradus habet, plus minusve gustatur. *Dulcis est in meditatione, dulcior in oratione, dulcissimus in contemplatione, superdulcissimus in beatificatione.* O dulcedo inestimabilis! o cibus vitæ æternæ! Regnet tu dominus super omnes mundi oblectationes. *Vincat gaudium in Domino, donec finiatur gaudium in seculo. Gaudium in Domino semper augeatur, donec compleatur, gaudium in seculo semper minuatur, donec finiatur.* S. Aug.

Hoc debet esse desiderium Christiani, ut quod attingit, semper augeatur, donec compleatur: *Amor semper augeatur, donec compleatur: dulcedo semper augeatur, donec compleatur: gloria Dei semper augeatur, donec compleatur.* Sed quod spectat ad mundum, semper minuatur, donec finiatur. *Minuatur erga mundum, & oblectatio in rebus mundanis, donec omnino consumatur, & pereat.*

